Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite XXIV



quod cum adhuc eſſet puer, & nondum ad ephebi perveniſſet ætatem, viderit quandam vitem permultis botris plenam, e lingua ſua enatam, in magnam fuiſſe ſublatam altitudinem, & univerſæ terræ occupaſſe ſuperficiem. Et omnes quidem ei inſidebant volucres, & circumvolabant, & botros paſcebant. Vitis vero, quo magis ejus botri carpebantur, & quo liberalius & ſplendidius aves excipiebat, eo majori fructu ſcatebat, fructumque multum producebat, & copioſum. Et hoc quidem ipſe dicit de ſe ipſo. Illud autem hoc quoque alii Ephraem ſuo tribuunt teſtimonio, ex iis, qui digni ſunt habiti, qui hæc viderent. Dicunt enim ſe aliquando vidiſſe Angelorum multitudinem, e ſuperis deſcendentem, librumque intrinſecus & extrinſecus ſcriptum habentem in manu. Apud ſe vero conſiderabat illa, quæ apparuerat, viſio, quiſnam eſſet is, cui liber traderetur: & cum alii quidem hunc, alii vero illum, alii alium proponerent, quotquot ſcilicet tunc vitam piam exercebant & honeſtam; tandem cum omnes conveniſſent in Ephraem, ei liber a ſacra multitudine committitur. Experrectus ergo is, qui viderat viſionem, timore affectus, venit in Eccleſiam: & cum in ea inveniſſet Ephraem, doctrinis quam optimis, & vel ipſo melle ſuavioribus paſcentem eos, qui aderant; ſomnium ea ratione conjicit. Et ille quidem Deo egit gratias: ab illo autem tempore, tam copioſe & tam vehementer Ephraem fluxerunt fluenta orationis, & eum tanta, & ita perpetua obruebat vis cogitatorum, ut nec ſatis quidem poſſet ejus lingua ſervire celeritati eorum, quæ cogitarat, tametſi ejus erat tantus in dicendo fluxus, & tam promte enunciabat id, quod mente conceperat, ut non minus celeriter ſermone explicaret, quam alii cogitarent. Quamobrem dicitur is Deo aliquando dixiſſe: Remitte, o Domine, undas tuæ gratiæ. Abyſſus enim doctrinæ, quæ linguam inundabat, non ſinebat eum amplius continere, cum ad dicendum minime ſervirent inſtrumenta.

Illius autem orationem nihil aliud interrumpebat, niſi precatio: eam vero lachrymæ. Noctes vero, quæ ipſum excipiebant vigilantem, luci diei rurſus reddebant ſobrium: ut qui vereretur, ne princeps tenebrarum eum ſomno impeditum deprehenderet, & ideo vigilaret adverſus ejus inſultus. Ei enim ſufficiebat ſomnus vel breviſſimus, ut qui eum ſolum leviter guſtaret, non uteretur autem ad ſatietatem; ſed tantum,

A ἄρα παῖς ἔτι ὢν καὶ ἐντὸς ἐφήβου, ἄμπελον ἴδοι τινὰ βεβαρημένην πυκνοῖς τοῖς βότρυσι, τῆς ἑαυτοῦ γλώττης ἀναδοθεῖσαν, ἐπὶ πολύ τε ὕψος ἀρθεῖσαν, καὶ τὰ νῶτα πάσης ἐπιχεῦσαι τῆς γῆς. Καὶ πᾶν μὲν πτηνὸν ἐφιζάνον ἦν αὐτῇ, καὶ περιπετόμενον, καὶ τῶν βοτρύων σιτούμενον. Ἡ δὲ ἄμπελος ὅσῳ τοὺς βότρυας ὑπεκείρετο, καὶ τοὺς ὄρνιθας φιλοτίμως ἐδεξιοῦτο, τοσούτῳ πλέον ἔβρυε τῷ καρπῷ, καὶ πολλὴν αὐτὸν ἐκφορεῖ καὶ ἄφθονον. Καὶ τοῦτο μὲν αὐτός φησι περὶ ἑαυτοῦ. Ἐκεῖνο δὲ τῷ Ἐφραὶμ καὶ ἄλλοι προσμαρτυροῦσι τῶν βλέπειν τὰ τοιαῦτα ἠξιωμένων. Θεάσασθαί ποτε λέγουσιν ἀγγέλων πληθὺν ἄνωθεν κατιόντας, καὶ τόμον τά τε ἔνδον καὶ τὰ ἐκτὸς γεγραμμένον διὰ χειρὸς ἔχοντας. ἐσκόπει δὲ ἡ φανεῖσα ὄψις ἐκείνη πρὸς ἑαυτήν, τίς ποτε ἄρα τὸν τόμον ἐγχειρισθείη; καὶ τῶν μὲν τοῦτον, τῶν δὲ ἐκεῖνον, καὶ ἄλλων ἄλλον προβαλλομένων, ὅσοι δηλαδὴ καὶ βίον εὐλαβῆ καὶ σώφρονα τηνικαῦτα μετιόντες ἦσαν. τέλος ἐπὶ τῷ Ἐφραὶμ ἁπάντων συμφωνησάντων, αὐτὸς καὶ τὸν τόμον ὑπὸ τῆς ἱερᾶς πληθύος πιστεύεται. διυπνισθεὶς οὖν ὁ τὴν ὄψιν ἰδὼν, περίφοβος τὴν ἐκκλησίαν καταλαμβάνει, καὶ τὸν Ἐφραὶμ εὑρὼν ἐν αὐτῇ διδασκαλίαις ὅτι χρηστάς, καὶ αὐτοῦ μέλιτος ἡδυτέραις τοὺς παρόντας ἐνεστιῶντα. ταύτῃ τὸ ὄναρ συμβάλλει. καὶ ὁ μὲν ἀξίαν ὁμολογεῖ τῷ Θεῷ τὴν χάριν. Ἐξ ἐκείνου δὲ τῷ Ἐφραὶμ οὕτως εἶχε τὰ τοῦ λόγου ῥεῖθρα περιττῶς καὶ συντόμως, καὶ τοσοῦτο αὐτὸν ἡ τῶν ἐνθυμημάτων συνέχεια ἐπικλύζουσα ἦν, ὡς μηδὲ τὴν γλῶτταν ἱκανῶς ἔχειν ὑπηρετεῖν τῷ τάχει τῶν νοημάτων· καίτοιγε τοιαύτῃ κεχρημένην εὐροίᾳ περὶ τὸ λέγειν, καὶ οὕτως ἑτοιμότατα τὸ νοηθὲν ἀπαγγέλλουσαν, ὡς μηδὲν εἰς τάχους λόγον αὐτὴν ἀπολείπεσθαι τῶν περὶ ἄλλοις ἐνθυμημάτων. Ὥστε κἀκεῖνον λέγεταί ποτε φάναι πρὸς τὸν Θεόν· ἄνες, ὦ Δέσποτα, τῆς χάριτός σου τὰ κύματα. ὑπὸ γὰρ τὴν γλῶσσαν ἡ τῆς διδασκαλίας ἄβυσσος πελαγίζουσα, στέγειν αὐτὸν οὐκ εἴα λοιπόν, τῶν πρὸς τὸ λέγειν ὀργάνων οὐχ ὑπουργούντων.

Ἐπέκοπτε δὲ τοὺς λόγους ἕτερον μὲν οὐδέν, εὐχὴ δὲ μόνη· καὶ ταύτην τὰ δάκρυα. Αἵ τε νύκτες αὐτὸν γρηγοροῦντα παραλαμβάνουσαι, νήφοντα πάλιν τῷ τῆς ἡμέρας φωτὶ παρεδίδοσαν, οἷα τὸν τοῦ σκότους Ἄρχοντα ὑπειδόμενον, μὴ καὶ καταλάβοι αὐτὸν ὕπνῳ πεπεδημένον· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἔφοδον ἐκείνου ἐγρηγορότα. Ὕπνος γὰρ αὐτῷ καὶ λίαν βραχὺς ἐξήρκει, παραγευόμενος μόνον, οὐκ εἰς κόρον αὐτῷ χρώμενος· καὶ τοσοῦτος,

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0068
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg